SOLLEMNIA ANNIVERSARIA

CONDITAE UNIVERSITATIS

ET

MUNUS AUSPICANTIS NOVI RECTORIS

UNA

CUM CERTAMINIBUS LITTERARIIS

DIE

XVII ANTE KALENDAS DECEMBRES

RITE OBEUNDA

INDICIT

RECTOR ET SENATUS UNIVERSITATIS BERNENSIS.

INEST HERMANNI HAGENI DE CODICIS BERNENSIS N. CIX TIRONIANIS DISPUTATIO DUABUS TABULIS LITHOGRAPHICA ARTE DEPICTIS ADIUTA.

BERNAE
TYPIS S. COLLINI
MDCCCLXXX.

SOLLEMNIA ANNIVERSARIA

CONDITAE UNIVERSITATIS

ET

MUNUS AUSPICANTIS NOVI RECTORIS

UNA

CUM CERTAMINIBUS LITTERARIIS

DIE


XVII ANTE KALENDAS DECEMBRES

RITE OBEUNDA

INDICIT

RECTOR ET SENATUS UNIVERSITATIS BERNENSIS.

INEST HERMANNI HAGENI DE CODICIS BERNENSIS N. CIX TIRONIANIS DISPUTATIO
DUABUS TABULIS LITHOGRAPHICA ARTE DEPICTIS ADIUTA.



BERNAE
TYPIS S. COLLINI
MDCCCLXXX.

Codici Bernensi nr. CIX membr. saec. X praeter Prisciani artem grammaticam alios etiam inesse tractatus hic illic aliquot paginis vel paginarum particulis, quas librarius, cum Prisciani verba depingebat, vacuas reliquerat, haud multo post confectum Prisciani textum inscriptos, primum Martini Hertzii, Prisciani editoris, diligentia factum erat ut sciretur, cf. Prisc. tom. I (gramm. Lat. ed. Keil. vol. II) praef. p. XVIII. De quibus additamentis data hac scribendi occasione fusius exponam, et quod in eo numero sunt quaedam haud indigna, quae cum viris doctis communicentur et quia ad Tironianas quae vocantur notas, quarum in istis multus est usus, accuratius cognoscendas earumque notitiam, minus illam quidem sedulo quam par est a viris doctis petitam, latius disseminandam verborum ista ratione conscriptorum perquisitio non nihil videtur conlatura esse. Atque de epigrammate lepidissimo *Octaviani Augusti* nomine insignito, quod in medio fere f. 136[b] positum repperi, nuper in mus. Rhen. tom. XXXV p. 569—577 lithographi sollertissimi arte adiutus seorsum disputavi.

Itaque inter Prisciani verba lib. XIV, 46, gramm. Lat. III p. 53, 6: *tamen hoc ipso* et *quod cum casualibus iunguntur* etc., quorum illa in nona f. 136[a] linea, haec in f. 137[a] initio posita sunt, in reliquis f. 136[a] partibus duabus atque in integro f. 136[b] novem excerptorum particulae leguntur. Quarum hae sunt in f. 136[a]: 1, *Ambrosii* comm. in Lucae evang. cap. XV: *Ergo neque corporalium — improbitate deliquerit;* 2, *Augustini* de civitate Dei l. XXI c. 9: *Alii contendunt — tropice dicunt;* 3, tres loci ex *Augustini* de civitate Dei l. XXI c. 10 petiti: *Hic occurrit — doctis visum est; vel dicitur — ab homine potest; unus enim — corporalibus ignibus;* 4, quattuor loci ex *Augustini* de civitate Dei l. XVIII c. 17 extr. et c. 18 excerpti: *Lycos Graece — dicunt exortos; si id dixerimus — humanamque servari; haec daemonum — tamen iniusta; non itaque — falsa cernentibus;* 5, *Salviani* de gubernatione Dei excerpta duo, lib. VII p. 248 et lib. IV p. 126 ed. Pith.: *Gothorum gens — ipsa vicerunt; gens Saxonum — non criminis.* Reliquae quattuor partes f. 136[b] inscriptae sunt: 6, duo loci ex *Augustini* de mendacio cap. 25 et cap. 42 hausti: *Primum capitale mendacium — corporali aliquem tueatur; non igitur mentiendum — arbitratur aliorum;* 7, *Marci* medici dicta: *Merito enim — flare putatur;* 8, *Octaviani Augusti* epigramma sex versuum: *Convivae tetricas — subripuisse diem;* 9, duo loci ex *Augustini* de trinitate l. V cap. 2 et 3 excerpti: *Nam quo intellectu — quod non sit; est autem sine dubitatione — dicatur esse.*

Quibus in locis excerpendis librarius modo accuratissime versatus est, ita ut ipsa scriptorum verba describerentur (cf. nr. 1, 5, 6, 8, 9), modo sententiis ad verbum redditis nonnulla in brevius contracta admiscuit (cf. nr. 3 et 4), modo sensum magis, quam ipsa verba secutus est (cf. nr. 2).

Nam qua in Marci medici (nr. 7) verbis scribendis usus sit ratione, definiri nequit, quia eius libri vel adeo scriptoris notitia aliunde haud suppeditat. Epigrammati vero Octaviani Augusti (nr. 8) nihil deesse, perfecta eius atque absoluta sententia satis ostendit.

Iam quod maiori horum excerptorum parti eo, quod ipsi, quorum flores collecti sunt, libri etiam servati sunt, detrahitur auctoritatis, id quodam modo reparatur gravissima notarum Tironianarum, quarum difficultate plurima eorum verba muniuntur, praesentia. Eas igitur duabus tabulis fraterna photographi atque lithographi opera depictis, ita ut in codice scriptae sunt (nisi quod tab. I ductus ipso codice paullo minores exhibentur), legentium oculis subicere licuit per eius, qui moderandis huius terrae scholis litterarumque studiis praeest, munificentiam. Quibus in enarrandis hanc rationem secutus sum, ut primo, quidquid in illis partibus, quae hucusque latuerant, (nr. 7 et 8) formarum Tironianarum occurrebat, quasi defendendae quam proposui lectionis causa ad singulos indicis Bernensis in codice Bernensi nr. 358 scripti, quem Guil. Schmitzius Coloniensis, doctissimus harum notarum iudex atque existimator, primus edidit panstenogr. append. tom. I part. 3 et 4, atque lexici Koppiani (palaeogr. crit. tom. II) locos revocarem, deinde reliquorum locorum, quorum origines patebant, eas notas, quarum principales quidem formae alterutri libro inerant, sed declinatae desiderabantur, quo legentium usui inservirem, propositis singulis singularum elementis enuclearem, denique significarem, si quae reperiebantur formae aut prorsus novae aut singulari quadam ductuum discrepantia conspicuae. Typographum vero ea verba, quae notis Tironianis scripta sunt, cursivo quod vocatur litterarum genere insignire iussi.

Fol. 136[a], cf. tab. I.

I

(Lin. 1) Ambrosii.[1] Ergo *neque* corporalium stridor aliquis dentium *neque ignis aliquis perpetuus flammarum*[2] *est* corporalium *neque* vermis *est corporalis, sed haec ideo* quod[3] *sicut multa ex*[4] cruditate (2) *et* vermes *nascuntur*[5] *et* febres.[6] Ita si quis *non* decoquat *peccata*[7] *sua velut quadam* interposita sobrietate *abstinentiae*[8], *sed* miscendo *peccata*[7] peccatis[8] *tamquam* cruditatem quandam contrahat (3) *veterum*[9] *et* recentium *delictorum*[10], *igne*[11] aduretur *proprio*[12] *et vermibus*[13] *consumetur*[14], *unde*[15] Isaias[16] *ait: Ambulate*[17] *in lumine*[18] *ignis vestri*[19] *et in*[20] *flamma, quam accendistis.*[21] *Ignis est, quem generat* maestitia[22] *delictorum*[10], *vermis*[23] *est eo, quod*[24] (4) inrationabilia *animae*[25] *peccata*[7] *mentem*[26] *rei*[27] *sensumque* conpungunt[28] *et quaedam* exedunt[29] *viscera* conscientiae, quae[29a] *tamquam vermes*[30] *ex uno*[31] *corpore*[32] *peccatoris*[33] ebulliunt.[34] *Denique id dominus*[35] per Isaiam[36] (5) *declaravit*[37] *dicens*[38]: *et videbunt*[39] *membra*[40]

I 1, Am̃. *cod. Ambrosii comment. in Lucae evang. cap. XV, Ambr. opp. ed. Colon. 1616 tom. III p. 78 D.* 2, F M arum | est *om. ed. Col.* 3, quia *ed. Col.* 4, ex multa *ed. Col.* 5, N C untur 6, et febres nascuntur et vermes *ed. Col.* 7, P C ta, *cf. B. (= notae Bernenses a Guil. Schmitzio in panstenographici append. tom. I part. III et IV editae) p. 49, 58* peccat *et 14, 96* ta 8, A (bi) N entiae, *cf. B. 25, 12* abstinet *et 11, 60* entiae 8, pecc̃ *cod.* 9, V (t) rum, *cf. B. 16, 50* vetus *et 12, 47* rum; *sed in voce* vetus *B. 16, 50 et Kopp. pal. II, 388 punctum a dextra notae parte positum est.* 10, D (e) L orum, *cf. B. 29, 55* delinquit *et 11, 78* orum 11, I G e 12, P P rio 13, V M bus *cf. B. 12, 19* bus: *alia vocis* vermis *nota est B. 59, 43 et Kopp. II, 402 haec:* V R (i) is | et suis vermibus *ed. Col.* 14, C (on) V etur 15, V (d) E: *in notis Bern. 4, 47 et apud Koppium II, 393 notae pars altera superiora petit, hic iacet.* 16, isaĩ *cod.* 17, A (m) B L ate 18, L (u) e 19, V (r) i 20, in *om. ed. Col.* 21, A (d) C stis, *cf. B. 71, 40* accendit *et 11, 17* stis: *sed notae* stis *illic punctum superest, hic linea a laeva parte adest.* 22, mestitia *cod.* 23, V M is, *cf. adn. 13.* 24, eo *et* quod *hic in unam notae formam contracta sunt, cf. B. 8, 43* eo *et 9, 41* quod 25, Ae, *cf. Kopp. II, 3* animi 26, M (s) em 27, R (e) I, *cf. B. 39, 22* rem 28, compugnant *(leg.* compungant) *ed. Col.* 29, exedant *ed. Col.* 29a, q:· 30, V M es, *cf. adn. 13.* 31, V N o 32, C (o) Pore, *cf. Kopp. II, 79* corpus *et B. 11, 76* ore 33, P C toris, *cf. B. 49, 58* peccat *et 11, 89* toris 34, ex unoquoque nascuntur tamquam ex corpore peccatoris *ed. Col.* 35, dominus id *ed. Col.* 36, isai *cod.* 37, D (e) C (l) it, *cf. B. 71, 12 declarat, ubi adiecta lineola, qua* it *significatur, litteram* C *antecedit, id quod ad illorum temporum distinctionem fieri solet.* 38, D (i) ens 39, V (i) bunt 40, M (e) a

hominum[41] praevaricantium in me.[42] *Vermis*[23] *eorum non moritur*[43] *et ignis*[44] *non* extinguitur.[45] Stridor quoque dentium prodit indignantis *affectum*[46] *eo, quod*[24] sero (6) unumquemque *paeniteat*[47], sero irascatur[48] *sibi*, qui[49] *tam* pervicaci improbitate *deliquerit.*[50]

II

Alii[1] contendunt *ignem*[2] *et vermem*[3] *non ad poenas*[4] *corporis*[5] *pertinere*[6], *sed animae*[7] *et dicunt*[8] *ignem*[2] (7) *dolorem*[9] serum infructuose[10] *paenitentem*[11], *vermem*[3] maerorem.[12] *Aut ignem*[2] *corpori*[13], *vermem*[3] *animo*[14] *tribuunt*[15]; *hoc proprie*[16], *illud* tropice *dicunt.*[17]

III

Hic[1] *occurrit* quaestio[2]: *Si non erit ignis incorporalis, sicut et*[3] *animi dolor*, (8) *sed corporalis,* tactu *noxius, ut* eo *possit*[4] *corpora*[5] *cruciare*[6]: *quomodo in eo* erit[7] *poena spirituum*[8] *malignorum*[9]? *Idem quippe ignis erit supplicio*[10] *scilicet hominum*[11] *adtributus*[12] *et daemonum*[13] *dicente*[14] *Christo*[15]: *Discedite*[16] *a me*[17] *in ignem*[18], *qui paratus*[19] *est diabolo.*[20] (9) *Sed* vel *sunt quaedam corpora*[5] *daemonum*[21] *ex aere*[22] *crasso*[23] *et* humido, *ut doctis*[24] *visum*[25] *est.*[26]

Vel[27] *dicitur*[28] *spiritus*[29] *incorporeos*[30] *posse poena ignis corporalis*[31] *affligi*[32], *si spiritus hominum*[11] *etiam ipsi*[33] *incorporei*[34] *et nunc possunt*[35] *includi*[36] *in*[37] *corporalibus*[38] *membris*[39] (10) *et tunc poterunt*[40] *corporum*[41] *suorum*[42] *vinculis*[43] *alligari*[44] insolubiliter.[45] *Adhaerebunt*[46] *ergo, si*[46a] *eis nulla*[47] *sunt corpora*[5], *spiritus daemonum*[13], *immo daemones*[48] *licet incorporei*[49] *corporeis*[50] *ignibus*[51] *cruciandi*[52]; *non ut ignes*[53] *ipsi*[33], *quibus adhaerebunt*[46], (11) *eorum* iunctura *inspirentur*[54] *et animalia*[55] *fiant*[56], *quae constent*[57] *spiritu*[58] *et corpore*[59]; *sed, ut*

41, H num 42, in me et *ed. Col.* 43, morietur *ed. Col.* 44, et ignis *supra lin. cod.* 45, extinguetur *ed. Col.* 46, A F tum 47, paenitet, P (a) et, *ut B. 1, 55, cod.* poeniteat *ed. Col.* 48, sero ingemiscat sero irascatur *ed. Col.* 49, quod *ed. Col.* 50, D (e) L it? D (e) L erit? *cf. B. 29, 55* delinquit, *ubi lineola sola in pede, et 29, 56* deliquit, *ubi punctum solum infra positum est.*

II 1, Alii, *suprascr.* alia *cod., quo fortasse significabatur, quae secuntur, alio ex auctore petita esse. Sunt enim ex Augustini de civ. Dei l. XXI c. 9, II p. 445, 5 seq. ed. Dombart. satis licenter excerpta.* 2, I G em 3, *Cf. I, adn. 13.* 4, P (o) as 5, C (o) P oris, *cf. Kopp. II, 79* corpus *et B. 11, 73* oris: *sed* oris *in n. B. paullo aliter formatum est.* 6, P (i) N ere 7, *Cf. I. adn. 25.* 8, D (i) unt 9, D (o) L orem 10, infructuose, *e caud., cod.* 11, P (a) entem, *cf. B. 1, 55* paenitet *et 11, 54* entem: *sed* entem *paullo aliter formatum.* 12, merorem *cod.* Utrumque autem horum, ignem scilicet atque vermem, qui volunt ad animi poenas, non ad corporis pertinere, dicunt etiam uri dolore animi sero atque infructuose paenitentes eos . . . . Eundem etiam vermem putant intellegendum esse. Nam scriptum est, inquiunt: Sicut tinea vestimentum et vermis lignum, sic maeror excruciat cor viri *Aug. l. c.* 13, C (o) P i, *cf. adn. 5 et I, adn. 32.* 14, A o 15, T R unt 16, P P e 17, *Cf. adn. 8.* Eligat quisque quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo vermem, hoc proprie, illud tropice *Aug. l. c. p. 445, 31—33 ed. Domb.*

III 1, *Augustini de civitate Dei l. XXI cap. 10 in., II p. 446, 21 ed. Domb.* 2, quest. *cod.* quaerere *Aug.* 3, est *Aug.* 4, possint *Aug.* 5, C (o) P a, *cf. II, adn. 13.* 6, C (u) C are | cruciari *Aug.* 7, erit etiam *Aug.* 8, S P tu um, *cf. B. 17, 22* spiritus; *14, 104* tu; *12, 24* um 9, M G orum 10, S (up) C (l) o 11, H num, *cf. I adn. 41.* 12, A (d) R tus, *cf. B. 41, 44* adtribuit *et 12, 89* tus 13, D (e) M N um, *cf. infra adn. 21.* 14, D (i) ente 15, C R (is) o 16, D (i) te, *cf. B. 32, 84* discedit *et 7, 104* te 17, a me maledicti *Aug.* 18, *Cf. II adn. 2.* 19, P P tus *falso scriptum pro* P A tus, *cf. 51, 102* parat 20, D (i) B L o | diabolo et angelis eius *Aug.* 21, D (e) M N num, *cf. B. 70, 11* daemon *et 4, 43* num; *alia est adbreviatio eiusdem formae supra adn. 13. Cf.* D (e) M N nibus = daemonibus *IV, adn. 105.* 22, A (e) R e 23, C A (x) o 24, D O (c) tis, *cf. B. 37, 63* docet *et 14, 101* tis 25, V S um 26, Nisi quia sunt quaedam sua etiam daemonibus corpora, sicut doctis hominibus visum est, ex isto aere crasso atque humido, cuius impulsus vento flante sentitur *Aug.*

27, *Excerpta sunt haec ex Aug. l. c., II p. 447, 1 ed. Domb.* 28, D (i) itur 29, Cur enim non dicamus quamvis miris tamen veris modis etiam spiritus *Aug.* 30, I (n) C (o) P os, *cf. Kopp. II, 79* corpus *et B. 12, 37* os 31, corporalis ignis *Aug.* 32, A (d) F i 33, I P i ipsi profecto *Aug.* 34, I (n) C (o) P i, *cf. adn. 30 et 49.* 35, P (o s) unt | potuerunt *Aug.* 36, includi *Aug., sed alia est forma vocis* includit *B. 65, 102, alia etiam vocis* claudit *B. 65, 110.* 37, in *om. Aug.* 38, C (o) L bus, *cf. Kopp. II, 68* corporalis *et B. 12, 19* bus. *Nam quod syllabae* bus *paullo alia forma hic conspicitur, librarii vitio factum.* 39, M (e) is 40, P runt, *cf. B. 7, 50* potes *et 11, 5* runt 41, C (o) P um, *cf. II, adn. 13.* 42, S (u) orum 43, V L is 44, A L (l) ari 45, insolubiliter alligari *Aug.* 46, A (dh) A (e) bunt 46a, si *supra lin.* 47, N L a 48, D (e) M N es | immo spiritus daemones *Aug.* 49, I (n) C (o) P ei, *cf. adn. 34, ubi habes* I (n) C (o) P i 50, C (o) P eis, *cf. adn. 30 et B. 8, 47* eis 51, I G nibus, *cf. B. 71, 18* ignis *et 12, 20* nibus, *sed terminationis* nibus *in n. B. 12, 20 paullo alia forma est, vide IV, adn. 105.* 52, C (u) C an di, *cf. B. 43, 118* cruciat; *Kopp. II, 1* an; *B. 13, 77* di 53, I G es 54, I (n) Pentur 55, A L lia, *cf. Kopp. II, 19* animal *et B. 12, 99* lia 56, F ant 57, C (on) S ent 58, S P tu 59, C (o) P e, *cf. II, adn. 13.*

dixi[60], *miris*[61] *et ineffabilibus*[62] *modis*[63] *adhaerendo*[64], *accipientes*[65] *ex ignibus*[51] *vitam*[66], *quia et iste alius modus, quo corporibus*[67] *adhaerent*[68] *spiritus et animalia*[55] *fiunt*[69], (12) *omnino mirus est nec conprehendi*[70] *ab homine*[71] *potest.*

Unus[72] *enim ignis* cremabit *corpora*[5] solida *damnatorum*[73] *hominum*[74], *aeria*[75] *daemonum*[13] *aut* tantum *corpora*[5] *hominum*[74] *cum spiritibus*[76], *daemonum*[77] autem *spiritus sine corporibus*[67] *haerentes*[78] *sumendo*[79] *poenam*[80], (13) *non* inpertiendo *vitam*[66] *corporalibus*[38] *ignibus.*[51]

IV

Item Augustini.[1] Lycos Graece *lupus dicitur*[3], *unde* Lycaei[4] *dicuntur*[5]. Romanos[6] autem Lupercos *ex illorum*[8] *mysteriorum*[9] *veluti semine*[10] *dicunt*[11] exortos.

Si[12] *id dixerimus*[13] *non esse credendum*[14], (14) *non desunt etiam nunc, qui huiusmodi*[15] *quaedam vel* certissima *audisse*[16] *vel etiam* expertos *esse se*[17] asseverent. *Nam et nos, cum* essemus *in Italia, audiebamus*[18] *talia*[19] *de quadam regione*[20] *illarum*[21] partium, *ubi* (15) stabula-*rias*[22] *mulieres*[23] imbutas *his malis*[24] *artibus*[25] in caseo[26] *dare*[27] solere *dicebant*[28], *quibus* vellent seu *possent*[29] viatoribus, *unde* in *iumenta*[30] ilico *verterentur*[31] *et* necessaria *quaeque*[32] *portarent*[33] *postque*[34] perfuncta *opera iterum*[35] *ad* (16) *se redirent*[36]; *nec tamen in eis mentem*[37] *fieri* bestialem, *sed rationalem*[38] humanamque *servari.*[39]

Haec[40] *daemonum*[41] *arte*[42] *fieri Deo*[43] *sive* vindicando *sive praestando*[44] permittente firmissime *credendum*[45] *est, cuius iudicia*[46] (17) *multa sunt, nulla*[47] *tamen iniusta.*

Non[49] *itaque solum animum*[50], *sed nec corpus*[51] *ulla*[52] *potestate*[53] *daemonum*[41] *in membra et* liniamenta *bestialia*[55] *crediderim*[56] veraciter[57] *posse converti*[58], *sed* fantasticum[59] *hominis*[60],

---

60, D (ix) i 61, M (ir) is 62, I (ne) B L bus 63. M is 64, A (dh) A (e) en do, *cf. B. 67, 63* adhaeret; *3, 83* en; *13, 79* do 65, A etes, *cf. B. 24, 71* accipit; *12, 21* c; *14, 99* tes 66, V (i) tam 67, C (o) P bus, *cf. II, adn. 13.* 68, A (dh) A (e) ent 69, F unt 70, C (on) R i 71, H e, *cf. adn. 11.*

72, *Haec excerpta sunt ex Aug. l. c., II p. 447, 29—36 ed. Domb. ita, ut verba:* aeria daemonum — corporalibus ignibus, *p. 447, 32—35, accurate exprimerentur, cetera neglegentius haberentur.* Unus] At vero gehenna illa, quod etiam stagnum ignis et sulphuris dictum est, corporeus ignis erit et cruciabit corpora damnatorum aut et hominum et daemonum, solida hominum, aeria daemonum, *et in capitis fine:* Unus quippe utrisque ignis erit, sicut Veritas dixit *Aug.* 73, D A torum, *cf. B. 61, 16* damnum *et 11, 94* torum 74, H um, *cf. B. 16, 1* homo *et 12, 24* um; *vide adn. 11, quo loco* H num *habetur.* 75, A (e) R ia, *cf. B. 70, 24* aer; *syllabae* ia *alia forma est B. 14, 7 et Kopp. II, 168, sed cf. vocum* invidia, iniuria etc. *apud Kopp. II, 168 notas, ubi similis litterarum* i *et* a *iunctura extat.* 76, S P bus 77, *Cf. adn. 13* | daemones *Aug.* 78, H A (e) tes 79, S V en do, *cf. adn. 64.* 80, P (o) am.

IV It̃ ag̃ *cod. Sunt ex Aug. de civitate Dei l. XVIII, c. 17 extr. excerpta, II p. 241, 5—7 ed. Domb.* 2, grece *cod.* Lupus enim Graece λυκος *Aug.* 3, D (i) itur 4, licei *cod.* 5, D (i) untur | unde Lycaei nomen apparet inflexum *Aug.* 6, rom̃ *cod.* 7, etiam *Aug.* 8, I L orum 9, *Sic Augustinus:* M orum *cod.*, *quod est potius* ministeriorum, *cf. B. 6, 21* ministerium, *conl. 36, 25* mysterium. 10, S M e 11, D (i) unt.

12, *Aug. de civ. Dei l. XVIII c. 18, II p. 241, 20—30 ed. Domb.* Si enim dixerimus ea non esse credenda *Aug.* 13, D (i) rimus 14, C (r) en dum 15, eius modi *Aug.* 16, A is se, *cf. B. 22, 80* audit; *12, 35* is; *14, 85* se, *sed hic illa lineola, qua* is *syllaba describitur, non nisi leviter dextrorsum ascendit.* 17, se esse *Aug.* 18, A bamus 19, T L lia, *cf. B. 9, 71* talis *et 12, 99* lia, *cf.* A L lia = animalia, *III adn. 55.* 20, *Sic Aug.* R (e) I ne = religione *cod.*, *cf. B. 51, 94* religio *et 40, 52* regio 21, I L arum 22, stabularias *Aug.*, *cod.* stabula *cum nota, quae* rias *terminationem reddere videtur, cf. B. 13, 11* riam 23, M L res 24, M L is 25, A R bus 26, casseo *cod.* 27, D are 28, D (i) bant 29, P (os) ent 30, I (u) M menta 31, F (r) rentur 32, Q V (e), *cf. B. 9, 18* quae *et Kopp. II, 409* que 33, P (r) ent 34, post quae *cod.* 35, I um, *cf. Kopp. II, 167, ubi ea vox nota* I rum *redditur.* 36, R (e) ent, *cf. B. 32, 110* redit, R (e) D it, *et 10, 61* ent: *hic littera* D *non expressa est.* 37, M em 38, R (t) L em 39, S R ari.

40, *Haec licenter excerpta sunt ex Aug. de civ. Dei l. XVIII c. 18, II p. 212, 1—6 ed. Domb., ubi haec leguntur:* Firmissime tamen credendum est omnipotentem Deum posse omnia facere quae voluerit, sive vindicando sive praestando, nec daemones aliquid operari secundum naturae suae potentiam, quia et ipsa angelica creatura est, licet proprio vitio sit maligna, nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. 41, *Cf. III, adn. 13* 42, A R te 43, D E o 44, P (rae) S an do | *notae superscriptum:* prestando 45, C (r) dum, *cf. B. 52, 18* credit *et 1, 79* dum 46, V (i) V (i) a 47, N L a 48, I (ni) V ta.

49, *Ex Aug. de civitate Dei l. XVIII c. 18, II p. 242, 10—27 ed. Domb. ad verbum fere expressa.* 50, A um 51, ne corpus quidem *Aug.* 52 V L a 53, P (os) tate 54, M (e) a 55, B E (s) lia, *cf. B. 57, 103* bestia *et 12, 99* lia 56, *Sic Augustinus: cod.* C (r) rint = crediderint, *ut videtur, cf. B. 52, 81* credit; *11, 13* rint; *11, 11* rim 57, ulla ratione crediderim daemonum arte vel potestate in membra et liniamenta bestialia veraciter *Aug.* 58, C (on) F (r) i 59, fantascum *cod.* 60, H nis, *cf. I, adn. 41.*

quod etiam agitando[61] *vel cogitando*[62] (18) per *rerum* innumerabilia[63] *genera*[64] *variatur*[65] *et, cum corpus non sit, corporum*[66] *tamen similes*[67] *formas*[68] *mira*[69] *celeritate*[70] *capit*, sopitis *aut oppressis*[71] *corporeis*[72] *hominis*[73] *sensibus*[74] *ad aliorum*[75] *sensum nescio*[76] *quo ineffabili*[77] *modo*[78] *figura corporea*[79] *posse* (19) perduci, *ita ut corpora*[80] *ipsa*[81] *hominum*[82] alicubi iaceant, *viventia*[83] *quidem, sed multo*[84] *gravius*[85] *atque vehementius*[86], *quam* somno *suis*[87] *sensibus*[74] obseratis; fantasticum autem illud[88] *veluti* corporatum *in alicuius*[89] *animalis*[90] (20) effigie *appareat*[91] *sensibus*[74] *alienis*[92] *talisque*[93] *etiam sibi esse homo videatur*[94] *sicut talis*[95] *sibi videri*[96] *posset*[97] *in somnis*[98] *et portare*[99] *onera*[100], *quae* onera[101], *si vera*[102] *sunt corpora*[103], *portantur*[104] *a daemonibus*[105], *ut* inludatur *hominibus*[106] partim (21) vera *onerum*[107] *corpora*[103] partim *iumentorum*[108] falsa *cernentibus.*[109]

V

S a l v i a n i episcopi dicta.[1] Gothorum *gens*[2] perfida, *sed* pudica *est*, Alanorum[3] impudica, *sed minus* perfida. (22) Franci mendaces, *sed* hospitales. Saxones *crudelitate*[4] efferi, *sed* castitate *mirandi*[5]; *omnes*[6] *denique gentes*[7] *habent*[8] *sicut* peculiaria *mala*[9], *ita etiam quaedam bona*[10]. In Afris paene[11] *omnibus*[12] (23) *nescio quid non malum*[13]. *Si accusanda*[14] *est* inhumanitas, inhumani[15] *sunt, si ebriositas*[16], *ebriosi*[17] *sunt; si* falsitas, *fallacissimi*[18]; *si* dolus, fraudulentissimi; *si cupiditas*[19], *cupidissimi*[20]; *si* perfidia, *perfidissimi.*[21] (24) Inpuritas *eorum atque* blasphemia *his omnibus*[22] admiscenda *non sunt*, quia[23] *illis*[24], quae[25] *supra diximus*[26], *malis*[27] *aliorum*[28] *gentium*[29] *vitia*[30], *his autem etiam sua ipsa*[31] *vicerunt.*[32]

Gens[33] Saxonum fera *est*, (25) Francorum *infidelis*[34], Gepidarum[35] inhumana, Hunorum inpudica, *omnium denique gentium*[36] *barbarorum*[37] *vita vitiosa*[38], *sed numquid*[39] *eundem* reatum *habent*[8] *illorum*[40] *vitia*[41], *quem nostra*[42]? *Numquid*[39] *tam*[43] criminosa *est* (26) Hunorum inpudicitia, *quam nostra*[42]? *Numquid*[39] *tam accusabilis*[44] Francorum perfidia, *quam nostra*[42]? *Aut tam reprchensibilis*[45] Albani rapacitas, *quam rapacitas*[46] *Christiana*[47]? *Si fallat*[48] Hunus

---

61, cogitando *Aug.* 62, *Hoc sub illa figura latere videtur, cf. B. 34, 93* cogitat, C O tat; *Kopp. II, 1* an; *B. 13, 79* do. *quamquam litterae* O *forma parum accurate expressa est.* somniando *Aug.* 63, *Ante* innumerabilia *eiusdem verbi formae tachygraphicae vestigia conspiciuntur, cf. B. 68, 62* innumerabilis 64, G (e) a 65, V (r) atur, *cf. B. 56, 59* varius *et 10, 79* atur 66, C (o) P um, *cf. III, adn. 41* 67, S L es 68, O (r) F as 69, M (i) a 70, C L tate | mira celeritate formas *Aug.* 71, O P is, *cf. Kopp. II, 255* opprimit *et B. 12, 35* is 72, C (o) P eis, *cf. III, adn. 50* 73, H is, *cf. B. 16, 1* homo *et 12, 35* is: *vide supra adn. 60, ubi* H nis *habetur.* 74, S N bus, *cf. B. 39, 54* sensit *et 12, 19* bus 75, A orum 76, *Ante* nescio (N) *etiam linea erecta conspicitur, qua* in *syllaba effingi solet.* 77, I (ne) B L i 78, M o 79, C (o) P ea, *cf. III, adn. 50* 80, C (o) P a, *cf. III, adn. 5* 81, I P a 82, H um, *cf. adn. 73 et III, adn. 74* 83, V (v) entia 84, M (t) o 85, G (v) ius 86, V (ae) M (e) ius 87. S (u) is, *cf. Kopp. II, 330* suorum *etc.* Suis *i. e. bestiae nota alia est B. 58, 50.* 88, illut *cod.* 89, A L ius, *cf. B. 9, 58* aliquis, A L is 90. A L is 91. A P at, *cf. B. 51, 70* apparet *et 51, 103* apparat, *quorum formae ab hac discrepant.* 92, A is 93, T L is., *cf. B. 9, 71 (Kopp. II, 377), ubi vocis* talis *syllaba* is *non per se est expressa, sed cum L littera coniuncta. Sed cf. adn. 95.* 94, V (i) atur 95, T L (is), *cf. adn. 93* 96, V (i) eri 97, P (os) et, *cf. B. 7, 31* possum; *7, 33* possit *etc.* 98, S (o) N is 99, P (r) are 100, O N a 101, honera *cod.* 102, V a 103, C (o) P a 104, P (r) antur 105, D (e) M N nibus, *sed* nibus *non eam habet formam quam B, 12, 20, sed illam, quae apud Kopp. II, 236 conspicitur, cf. supra III, adn. 51.* 106, H nibus, *cf. adn. 105* 107, O N um 108, I (u) M orum, *cf. B. 47, 101* iumentum *et IV, adn. 30.* 109, C entibus

V 1, *Salviani de gubern. Dei lib. VII p. 248 ed. Pith. Paris. 1580.* 2, *Punctum post* gens *additum librarii vitio.* 3, Alamannorum *Pith.* 4, C (u) L tate 5, M (i) an di, *cf. B. 45, 55* mirus. 6, O es 7, G (e) tes 8, H (a) ent 9, M L a 10, B O a 11, pene *cod.* 12, O bus 13, M L um 14, A C an da 15, inhumam *cod.* 16, E as, *cf. B. 20, 79* ebrius 17, E o si, *cf. B. 20, 81* ebriosus, E us 18, (fa) L X cis si mi 19, C P as, *cf. B. 16, 102* cupiditas, C P tas 20, C P is si mi 21, P (er) I is si mi, *cf. Kopp. II, 278* perfidiae 22, O bus 23, que, e *caud. cod.* 24, I L is 25, quas *cod.* 26, D (i) imus 27, M L is 28, A orum 29, G (e) ti um 30, V (i) a 31, I P a 32, V C runt.

33, *Salviani de gubern. Dei lib. IV p. 126 ed. Pith.* 34, *Huius vocabuli forma in n. B. 52, 90 (Kopp. II, 176) paullo aliter se habet ita, ut illic altera notae pars ascendat, hic solum aequet.* 35, gipidarum *cod.* 36, G (e) um, *cf. adn. 29* 37, B R orum 38, V (it) S a 39, N (um) quid, *cf. B. 9, 59* numquis 40, I L orum 41, V (i) ti a, *cf. adn. 30* 42, (r) N a 43, tamquam *(B. 4, 29) cod.* 44, A C bi lis, *sed i littera in* bi *syllaba (B. 13, 51) non satis dilucide scripta est.* 45, R R is, *cf. B. 24, 114* reprehensus *et 12, 35* is: *sed fortasse* bilis *forma subest, cf. B. 12, 92.* 46, R (p) as, *cf. B. 25, 8* rapax 47, C R (is) a ni, *cf. B. 69, 87* Christiamus, *cuius vocis forma aliter se habet: vide VI adn. 42.* Aut tam reprehensibilis ebrietas Alamanni quam ebrietas Christiani aut tam damnabilis rapacitas Albani quam rapacitas Christiani *Salvianus Pith.* 48, (f) L at

vel Gepida, *quid mirum*[49] *est*, (27) *qui culpam*[50] *penitus falsitatis*[51] ignorat[52] ? *Si* periuret Francus, *quid novi*[53] faciet[54], *qui* periurium *ipsum*[55] *sermonis*[56] *genus putat esse*[57], *non criminis*[58] ?

Fol. 136^{b}, cf. tab. II.

VI

(1) Augustini[1] ex *libro*[2] *de mendacio.*[3] (2) *Primum*[4] *capitale*[5] *mendacium longeque fugiendum*[6], *quod fit in doctrina religionis*[7], *ad quod mendacium nulla*[8] *conditione*[9] *quisquam debet* adduci. *Secundum*[10], *ut aliquem*[11] laedat[12] *iniuste*[13], *quod tale*[14] (3) *est*, *ut et nulli*[15] *prosit* et obsit alicui. *Tertium*[16], *quod ita* prodest *alteri*[17], *ut* obsit *alteri*, *quamvis non ad immunditiam*[18] obsit *corporalem.*[19] *Quartum*[20] *sola*[21] *mentiendi*[22] *fallendique*[23] (4) libidine, *quod* merum *mendacium est*. *Quintum*[24], *quod fit placendi*[25] *cupiditate*[26] *de suaviloquio.*[27] *His*[28] *omnibus penitus* evitatis *atque reiectis*[29] *sequitur sextum*[30] *genus, quod et nulli*[31] (5) obest et prodest alicui[32] **velut si nolens*[33] *hominem*[34] *ad mortem*[35] quaesitum[36] *prodere*[37] *mentiatur*[38], *non solum iustum*[39] *atque innocentem*[40], *sed et* reum, *quia disciplinae*[41] *Christianae*[42] *sit*, *ut neque* (6) *de cuiusquam correctione*[43] *desperetur*[44] *neque cuiquam* paenitendi[45] aditus intercludatur. *Octavum*[46] *est genus mendacii*[47], *quod et nulli*[48] *obest et ad hoc* prodest, *ut ab immunditia*[49] (7) *corporali*[50] *aliquem*[11] tueatur **velut si* quispiam *pecuniam*[51] *alicuius*[52] *iniuste*[53] *tollendam*[54] *et*[55] *sciens*[56] *ubi sit nescire*[57] *se mentiatur.*[38] *Septimum*[58] *genus*[59], *quod*[60] *nulli*[48] *obest et* prodest (8) *alicui.*[61] *

Non[62] *igitur mentiendum*[63] *de*[61] *doctrina pietatis.*[65] Magnum[66] scelus *est et primum*[4] *genus mendacii*[67] *detestabilis*. Non *est* secundo[68] mentiendum[69] *genere*[70], quia nulli (9) *facienda*[71] *est iniuria*. Non *est* tertio[72] *mentiendum*[69] *genere*[70], quia *nulli*[48] *cum alterius*[72] *iniuria* consulendum.[73] Non *est mentiendum*[69] quarto[74] *genere*[70] *propter mendacii*[67] *libidinem*[75], *quae per* (10) *se ipsam*[76] *vitiosa*[77] *est*. Non *est mentiendum*[78] *quinto*[79] *genere*[70], quia *nec ipsa*[80]

49, M (i) um 50, Q L am 51, F S L tatis, *cf. B. 52, 114* falsus 52, *Inter* falsitatis *et* ignorat *etiam linea obliqua conspicitur semideleta neque tamen in verborum contextu quidquam desideratur.* 53, N V i, *cf. B. 16, 33* novus *puncto ante* N *posito, unde* i *quoque ante notam ponendum fuisse suspiceris.* 54, faceret *Pith.* 55, I P um 56, S (r) nis 57, *Nota evanida inter* putat *et* esse *posita pro macula habenda est* 58, C (r) nis

VI 1, Ag̃. *cod. Augustini de mendacio cap. 25, tom. VI ed. Bened. p. 435 A* 2, L (i) o 3, M (ae) C o 4, P um, *cf. Kopp. II, 262* P mum. Nam primum est ad evitandum capitale mendacium longeque fugiendum *Aug.* 5, K (a) L e, *sed hic K litterae forma neglegentius expressa est, cf. B 17, 87* capitalis. 6, F en dum 7, R (e) I nis 8, N L a 9, C (on) tione : *vocis* condicio *alia prorsus nota est in n. B. 40, 34 et apud Kopp. II, 59, sed simillima vocabuli* contio *forma n. B. 40, 1 et Kopp. II, 52, nisi quod utroque loco appendix illa, qua* tio *terminatio significatur, superiori notae parti adiacet, hic vero inferiori. Videtur igitur librarius verba* condicio *et* contio *inter se confudisse, cf.* ministerium *pro* mysterio *positum IV, ad. 9,* religio *pro* regione *IV, adn. 20.* 10, S (u) D um, *cf. Kopp. II, 339 : sed illic lineola, qua* um *redditur, a laevo notae latere posita est, hic infra notam, ut n. B 68, 112* us *in voce* secundus. 11, A L em 12, ledat *cod.* 13, I (ni) U te, *cf. Kopp. II, 194, sed illic* te *habet formam in B. 7, 104 depictam, hic alteram B. 14, 98.* 14, T L e 15, N L i 16, T R um 17, A (e) R i 18, I (nu) M am = immundam, *cf. B. 49, 8* immundus, *Kopp. II, 181* immundum : *aliter* munditiae *scriptum Kopp. II, 225. Vide adn. 49.* 19, C (o) L em 20, Q (a) tum | quartum quod fit *ed. Ben.* 21, S L a 22, M (t) en di 23, (f) L en di que 24, Q (i) tum 25, P (a) L en di 26, C P tate 27, S V i *(suprascr.* suaui) loquio 28, *Cf. Kopp. II, 155.* 29, R I tis, *cf. B. 28, 7* reiecit, R I it 30, S X tum 31, N L i 32, *In sequentibus librarii incuria, quam signis additis reparare studuit, sermo turbatus est; legendum enim :* et prodest alicui, velut si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendam et sciens ubi sit nescire se mentiatur. Septimum genus, quod nulli obest et prodest alicui, velut si nolens hominem ad mortem quaesitum — aliquem tueatur. 33, N O ens, *cf. Kopp. II, 244* nolo. 34, H nem 35, M (o) em 36, quesitum *cod.* 37, P (ro) D ere, *cf. B. 41, 64* 38, M (t) atur 39, I V um 40, I (nu) C em 41, D (ip) N e 42, C R (is) a e, *cf. B. 69, 87 et Kopp. II, 84, ubi alia huius vocabuli nota est. Vide supra V adn. 47.* Christianae disciplinae *ed. Ben.* 43, C (on) R (i) tione, *cf. B. 40, 58* corrigit. 44, S (d) R etur 45, penitendi *cod.* 46, O C uum 47, M (ae) C i 48, N L i 49, I (nu) M ti a, *cf. adn. 18* 50, C (o) L i 51, P (u) C am, *sed hic* am *appendix in dextero notae latere posita est, B. 59, 27 infra notam.* 52, A L ius, *cf. IV, adn. 89.* 53, I (ni) V te 54, T L en dam 55, et *om. ed. Ben.* 56, S (c) ens 57, N ire 58, S E mum 59. genus *om. ed. Ben.* 60, quod et *ed. Ben.* 61, A L u i

62, *Augustini de mendacio cap. 42, tom. VI, p. 444 E ed. Bened.* Non est *ed. Ben.* 63, M (t) en dum 64, in *ed. Ben.* 65, P tatis 66, mag̃. | magnum enim *ed. Bened.* 67, M (ae) C ii, *cf. adn. 47.* detestabilis mendacii *ed. Ben.* 68, .II. 69, mentieñ um, um *not. Tir.* mentiendum secundo genere *ed. Ben.* 70, G (e) ere 71, F en da 72, .III. | mentiendum tertio genere *ed. Ben.* 72, A (e) R rius 73, consulendum est *ed. Ben.* 74, .IIII. 75, L (av) em 76, I P am 77, V (it) S a 78, M (ae) C ii = mendacii, *suprascr.* M (t) en dum 79, Q (i) to 80, I P a

veritas fine[81] *placendi*[25] *hominibus*[82] *enuntianda*[83] *est*, *quanto minus*[84] *mendacium*, *quod per se ipsum*[85], quia *mendacium est*, (11) utique turpe *est*. Non *est mentiendum*[69] *sexto*[86] *genere*[70]; *neque enim recte*[87] *etiam* testimonii *veritas* pro *cuiusquam* temporali commodo *ac salute*[88] *corrumpitur.*[89] (12) *Ad sempiternam*[90] *vero salutem*[91] *nullus ducendus*[92] *est* opitulante *mendacio.*[93] — Non[94] *est mentiendum*[69] *septimo*[95] *genere*[70]; *non enim cuiusquam* commoditas *aut salus*[96] *temporalis perficiendae*[97] *fidei*[98] (13) *praeferenda*[99] *est*. *Nec si quisquam in recte*[87] *factis*[100] *nostris*[101] *tam male movetur*[102], *ut fiat*[103] *etiam animo*[104] *deterior longeque a pietate*[105] remotior.[106] — Non *est octavo*[107] *genere*[70] *mentiendum*[69], (14) quia *et in bonis*[108] *castitas animi*[109], pudicitia *corporis*[110] *et in malis*[111] *id quod ipsi*[112] *facimus*[113] *eo quod*[114] *fieri*[115] sinimus maius *est*. In *his*[116] VIII *generibus*[117] (15) *tanto*[118] *quisque*[119] *minus peccat*, *cum mentitur*[120], *quanto*[121] emergit *ad octavum.*[122] — *Si* aliquod *genus mendacii*[123], *quod peccatum*[124] *non sit*, *putaverit*[125], *decipiet*[126] *se ipsum*[127] *turpiter*[128], *cum honestum*[129] *se deceptorem*[130] (16) arbitratur *aliorum.*[131]

VII

Dicta Marci medici *ad*[1] .... *um*[2], virum clarissimum[3] inter cetera *sic*[4]: Merito *enim*[5] solstitium hiemale *nativitate*[6] (17) *domini*[7] *secundum*[8] *carnem*[9] niveo *in*[10] *lumine*[11] *et*[12] *splendore*[13] *est*[14] *positum*[15], *cui*[16], *sicut*[17] *dictum*[18] *est*[14], *album*[19] *colorem*[20], *Septentrionem*[21] *ventum*[22] *et*[12] *elementum*[23] flegmatis frigidum *et*[12] humidum (18) *comparandum*[24] censuerunt. E contra prasinum aestivali[25] solstitio, *in*[10] *quo*[26] *Iohannes*[27] Baptista[28] *natus*[29] *est*[14], Austro *vento*[30] *ac*[31] rufi fellis *clemento*[32] *calido*[33] *et*[12] (19) *sicco*[34] *decreverunt*[35]. *Alia*[36] autem *corpora*[37] russei et veneti[37 a], *duo*[38] aequinoctia[39] posuerunt. Russeum primi veris aequinoctio[40], *in*[10] *quo*[26] *dominus*[41] *in*[10] *ultero*[42] (20) *virginis*[43] *conceptus*[44] *est*[14], *in*[10] *quo*[26] *etiam*[45]

81, F e 82, H nibus, *cf. B. 12, 20* nibus, *cuius terminationis forma paullo alia est.* 83, E (u) N an da, *cf. B. 70, 4* enuntiat, *sed illic* N *ascendit, hic solum aequat.* 84, Q M (s) *sub unius notae forma, quam neque in n. B. neque apud Koppium habes.* 85, I P um 86, S X tum — sextum, *corr.* S X to 87, R (i) te, *cf. B. 40, 57* regit 88, S L te 89. C O R (up) itur, *cf. paullo mutatam vocis* corrumpit *notam B. 27, 40:* C (on) R (up) it 90, S (p) N am 91, S L em 92, D (c) V en dus 93, M (ae) C o | *Post* mendacio *apud Augustinum etiam aliquot verba scripta sunt, quae hic omittuntur.* 94, Neque septimo genere mentiendum est: non enim *ed. Ben.* 95, S E mo 96, S L, *cf. B. 54, 42, ubi punctum additum est in parte laeva, quod hic omissum.* 97, P (erf) en de 98, F ei 99, P (rae) F (r) en da 100, F tis 101, (r) N is 102, M etur 103. F at 104, A o 105, P tate 106, *Secuntur apud Augustinum etiam aliquot verba, quae hic omissa sunt. Tum haec:* Nec octavo genere mentiendum est quia 107, O C uo 108, B O is 109, A i 110, C (o) P oris, *sed* oris *paullo aliter scriptum B. 11, 73* 111, M L is 112, I P i 113. F imus 114, eo quod *in unam notam contracta.* 115, F eri 116, *Cf. adn. 28* | his autem *ed. Ben.* 117, G (e) bus 118, T (an) o 119, Q (s e: *non extat neque in n. B. neque apud Koppium.* 120, M (t) itur 121, Q to, *cf. B. 9, 73* quantus 122, O C uum | *Secuntur apud Aug. etiam haec:* tanto amplius quanto devergit ad primum. *Tum habes:* Quisquis autem esse aliquod genus 123, M (ae) C ii, *cf. adn. 67* 124, P C um 125, P rit 126, D E it et. *cf. B. 24, 73* decipit, D E it 127, I P um 128, T (u) P ter 129. H (o) tum 130, D E it orem, *cf. adn. 126: in* orem *terminatione punctum omissum* est, *cf. B. 11, 75* 131, A orum

VII 1, *Kopp. II, 4* 2. *Quod nomen subsit, non satis liquet; prior notae pars videtur significare* am, *cf. Kopp. II, 4, altera* magnum, *cf. n. B. 6, 70; vide etiam* Aemilius, A (me) M (l) us *Kopp. II, 23* 3, Ũ C̃ *cod.* 4, *B. 4, 78* 5, *K. II, 120* 6, N (t) tate, *cf. K. II, 237* natus natio *et B. 12, 2* tate 7, D (i) N i, *cf. B. 69, 77* dominus 8, *K. II, 339 Schmitzio docente, cf. VI, adn. 10.* 9, K (a) R nem *Schmitzio docente, cf. K. II, 201, ubi est* K (a) R em, *et B. 12, 46* nem. 10, *K. II, 163* 11, L (u) e, *cf. B. 70, 85* lumen *et I adn. 18* 12, *K. II. 387* 13, S (p) L ore, *cf. B. 76, 63* splendor *et 11, 76* ore 14, *B. 7, 38* 15, P (s) tum, *cf. B. 27, 67* posuit *et 1, 78* tum 16, *B. 8, 95* 17. *B. 4, 38* 18, *K. II, 90, sed hic* tum *terminatio principalem notae partem non a dextra comitatur, ut l. l., sed secat.* 19, A L um, *cf. B. 56, 8* albus 20, C O (l) orem, *cf. 61, 41* colit *et 11, 75* orem; *vide infra IX adn. 16.* 21, S P tri o nem, *cf. B. 15, 64* tri *et 12, 46* nem: *vide B. 59, 102* septentrio, S P. 22, V (ae) T um, *cf. B. 59, 92* ventus 23, *B. 64, 24, sed hic L litterae forma angulo caret.* 24, C (on) P an dum, *cf. B. 51, 105* comparat; *K. II, 1* an; *B. 1, 79* dum 25, estiuali, *e caud., lib.* 26, *B. 8, 106* 27, *K. II, 183, sed illic linea* es *syllabam significans infra notam posita est, hic eam superat.* 28, bap̃ *cod.* 29, *K. II, 237, ubi punctum non infra N, sed a laevo eius latere positum est.* 30, V (ae) T o, *cf. B. 59, 92* ventus 31, *B. 15, 27* 32. E L mento, *cf. adn. 23* 33, K (a) L do, *cf. B. 71, 79* calidus, K (a) L us *et 13, 79* do 34, S (c) I o, *cf. B. 73, 88* siccus 35, D (e) C verunt, *cf. B. 18, 99* decernit *et 11, 52* verunt; *sed vide etiam B. 71, 12* declarat *et supra I adn. 37.* 36, A lia, *cf. B. 10, 16* alius *et 12, 99* lia 37, C (o) P a, *cf. K. II, 79* corpus 37 a, ueniti *cod.* 38, *B. 69, 3 et K. II, 111: littera* o *hic et apud Koppium in dextera notae parte posita est, in n. B. a laeva conspicitur.* 39, equinoct̃ *cod.* | *an* duobus aequinoctiis *legendum?* 40, equinoc̃ *cod.* 41, *B. 69, 77* 42, V (t) o, *cf. B. 30, 42* uterus 43, V (r) G is, *cf. B. 16, 11* virgo *et 21, 35* is 44, C (on) tus, *cf. B. 24, 72* concepit *et 12, 39* tus: *hic C litteram etiam linea coronat, quae in n. B. deest, cf. infra adn. 53.* 45, *K. II, 369*

surrexit[46], *a*[47], *mortuis*[48], Euro *vento*[30], *sanguinis*[49], *elemento*[32], *humido*[50], *et*[12], *calido*[33], *decreverunt.*[51], E contra venetum[51 a], autumni aequinoctio[52], (21) *in*[10], *quo*[26], *Iohannes*[27], *conceptus*[53], *in*[10], *quo*[26], *etiam*[45], *passus*[54], *est*[14], Coro[54 a], Circioque *vento*[30], atri fellis *elemento*[32], *sicco*[34], *et*[12], frigido *comparaverunt.*[55], *Qui*[56], *enim*[5], *primum*[57], *dominici*[58], solstitii[59], (22) *die*[60], emerserit *ventus*[61], *eum*[62], principatum *usque*[63], *eius*[63 a], *resurrectionem*[64], aequinoctii[65], *obtinere*[66], *plerumque*[67], comperimus. *Rursus*[68], *qui*[56], *ea*[69], die *processerit*[70], *usque*[63], *ad*[1], *illud*[71], *tempus*[72], (23) *condominabitur.* *Sic*[4], *etiam*[45], *per*[74], *singula*[75], *tempora*[76], *flare*[77], *putatur.*[78],

VIII

Octaviani Augusti.[1],
Convivae[2], tetricas *hodie*[3], secludite *Curas*[4]:
Ne[5], *maculent*[6], niveum (24) nubila[7], *corda*[8], *diem.*[9],
Omnia[10], *sollicitae*[11], *vertantur*[12], murmura *mentis,*[13],
Ut[14], vacet *indomitum*[15], *pectus*[16], amicitiae.[17],
Non[18], *semper*[19], *gaudere*[20], *licet*[21]. *Fugit*[22], *hora*[23]: iocemur!
(25) *Difficile*[24], *est*[25], Fatis subripuisse *diem*[9].

IX

Aurelii Augustini[1], in libro V *de trinitate.*[2], *Nam quo intellectu*[3], *homo Deum*[4], *capit, adtendat*[5], *diligenter*[6], *qui ipsum*[7], (26) *intellectum*[8], *suum*[9], *quo cum vult capere*[10], *nondum capit.* Si autem *iam hunc*[11], *capit, adtendat*[5], *diligenter*[6], *nihil*[12], *eo esse in sua natura melius et videat*[13], utrum *ibi videat*[13], (27) *ulla*[14], liniamenta *formarum*[15], nitores *colorum*[16], *spatiosam*[17],

---

46, *B. 35, 42* 47, *B. 13, 42* 48, M (o) u is, *cf. B. 17, 60* mortuus, M (o) us *et 12, 35* is 49, S A (n) nis, *cf. K. II, 332* sanguis *et B. 14, 49* nis 50, V M o, *cf. B. 73, 68* umidus 51, D (i) C verunt = discreverunt, *cf. B. 18, 100* discernit *et adn. 35* 51 a. uenitum *cod.* 52, equinoc̃ *cod.* 53, *Cf. adn. 44* 54, *B. 44, 31* 54 a. choro *cod.* 55, C (on) P verunt, *cf. B. 51, 105* comparat *et 11, 52* verunt 56, *K. II, 302* 57, P um, *cf. B. 68, 11* primus *et K. II, 262* primum, P mum. *Vide etiam VI adn. 4.* 58, D (i) C i, *cf. B. 69, 78* dominicus 59, solstĩ *cod.* 60, D (i) e, *cf. B. 2, 6* dies 61, *B. 33, 75* 62, *B. 8, 41* 63, *B. 1, 91* 63 a, *B. 8, 36 Schmitzio docente* 64, R (u) S tionem, *cf. B. 35, 48* resurrexit *et 11, 99* tionem 65, equinoc̃ *cod.* 66, O (i) N ere, *cf. B. 25, 17* obtinet *et 10, 68* ere 67, *B. 1, 88* 68. *K. II, 325* 69, *B. 8, 51* 70, P (ro) rit, *cf. B. 32, 89* processit *et 11, 12* rit 71, *B. 8, 4* 72, *B. 3, 32* 73, con D (i) N bitur, *cf. B. 69, 77* dominus *et 10, 83* bitur 74, *K. II, 263* 75, S G L a, *cf. B. 68, 65* singulus 76, T ora, *cf. B. 3, 32* tempus *et 12, 17* ora 77, F L are, *cf. B. 17, 27* flat *(sed ibi L cum F non est iunctum, sed lineae instar illam litteram secat) et 10, 67* are 78, P atur, *cf. B. 52, 56* putat *et 10, 79* atur.

VIII 1, Octã aug̃. *cod.* 2, C̃ uiue, e *caud.*, *cod.* 3, *B. 2, 12* 4, C (u) as, *cf. B. 39, 94* cura *et 12, 34* as 5, *B. 14, 46* 6, M (a) C (l) ent, *cf. B. 49, 30* macula, maculatus *et 10, 61* ent 7, nebula *cod.* 8, C a, *cf. B. 29, 113* cor, *sed apud Kopp. II, 51 in formis declinatis* cordis, corde (C dis, C de) *etiam d littera conspicitur, quae hic deest.* 9, D (i) em, *cf. B. 2, 6* dies *et Kopp. II, 220* em 10, *B. 10, 25* 11, S (c) L te, *cf. B. 37, 87* sollicitus *et 14, 98* te 12, F (r) antur, *cf. B. 33, 90* vertit *et 10, 97* antur; *vide supra IV, adn. 31 et 58* 13, *Kopp. II, 218*, *cf. B. 14, 101 et Kopp. II, 376* tis 14, *B. 4, 30* 15, I O (d) um, *cf. Kopp. II, 185* indomitus, I O (d) tus *et B. 12, 24* um: *sed in lexico Koppiano forma* indomitus *terminatione* tus *finita est, quae ipsa in dextera notae parte iacet, praeterea O littera ita formata est, ut eius ductus superior eam lineam, qua I littera significatur, paullum excedat.* 16, *B. 29, 73* 17, amicitie, e *caud.*, *cod.* 18, *B. 3, 62* 19, *B. 3, 41* 20, G (a) ere, *cf. B. 45, 5* gaudet, gaudium *et 10, 68* ere 21, *B. 38, 105* 22, *B. 33, 49*, *Kopp. II, 136* 23, *Kopp. II, 155* 24, D (i) F e, *cf. B. 28, 77* difficilis, D (i) F is 25, *B. 7, 38.*

IX 1, Aurelii ag̃ *cod.* *Sunt excerpta ex Augustini de trinitate l. V cap. 2, tom. VIII p. 833 A ed. Bened.* 2, T N tate, *cf. B. 68, 85* trinus; *punctum super* te *positum paene evanuit.* 3, I L tu, *cf. B. 38, 57* intellexit: *sed hic L litterae forma aliquanto certior est.* 4, D E um 5, A (d) T at 6, D (i) L en ter, *cf. B. 38, 54* diligit 7, I P um 8, I L tum, *cf. adn. 3* 9, S (u) um 10, K (a) P ere 11, hunc iam *ed. Ben.* 12, L, *cf. Kopp. II, 204, cuius formae haec similior est, quam illius, quae in n. B. 3, 70 habetur.* 13, V (i) at *Secuntur etiam linea circumducente verba:* G D tatem (granditatem) partium *falso ex sequentibus praerepta.* 14, V L a 15, O (r) F arum 16, C O (l) orum. *Neque in n. B. neque apud Koppium huius vocabuli forma extat, sed cf. B. 61, 41* colit, C O (l) it *et supra VII, adn. 20.* 17, S (p) S am, *sed formae* spatiosus *(B. 74, 13) punctum infra notam positum est,* am *vero terminatio hic a dextero notae latere conspicitur.*

granditatem[18], partium distantiam[19], molis *distentionem*[20], *aliquas*[21] *per locorum*[22] intervalla *motiones*[23] (28) *vel quid huiusmodi*[24] *est. Nihil*[12] *certe*[25] *istorum*[26] *invenimus*[27] *in eo, quo in natura nostra*[28] *nihil*[12] *melius invenimus*[27], *idest nostro*[29] *intellectu*[3], *quo sapientiam*[30] *capimus*[31], *quantum*[32] capaces *sumus.* (29) *Quod ergo non invenimus*[27] *in meliore*[33] *nostro*[29], *non debemus*[34] *in illo*[35] *quaerere*[36], *quod longe*[37] *melius est meliore*[33] *nostro*[29], *ut sic intellegamus*[38] *Deum*[39], *si possumus, in*[40] *quantum*[41] *possumus,* (30) *sine qualitate*[42] *bonum*[43], *sine quantitate*[44] *magnum*[45], *sine indigentia*[46] *creatorem*[47], *sine* situ *praesentem*[48], *sine* habitu *omnia continentem*[49], *sine loco*[50] *ubique* totum, *sine tempore*[51] *sempiternum, sine ulla*[52] *sui*[53] *mutatione*[54] (31) *mutabilia*[55] *facientem*[56] *nihilque*[12] *patientem*[57]. *Quisquis Deum*[39] *ita cogitat, etsi nondum potest modo*[58] *omni*[59] *invenire*[60], *quid sit, pie*[61] *tamen cavet, quantum*[41] *potest, aliquid*[62] *de illo*[63] *sentire*[64], (32) *quod non sit.*

Est[65] *autem*[66] *sine dubitatione*[67] *substantia,* vel *si melius hoc appellatur*[68] *essentia*[69], *quam* Graeci *οὐσίαν*[70] *vocant.*[71] *Sicut enim ab eo, quod est sapere*[72], *dicta*[73] *est sapientia*[74] (33) *et ab eo, quod est scire*[75], *scientia*[76], *ita ab eo, quod est esse, dicta*[73] *est* essentia. *Et quis magis est, quam ille, qui dixit famulo*[77] *suo*[78] *Moysi*[79]: (34) *Ego*[80] *sum, qui sum; dices*[81] *filiis*[82] *Israel*[83]: *qui est, misit me ad vos.*[84] *Sed aliae*[85] *quae dicuntur*[86] *essentiae*[87] *sive substantiae*[88] *capiunt*[89] *accidentia*[90] *quibus in eis fiat*[91] *vel magna*[92] *vel* quantula (35) cumque[93] *mutatio. Deo*[94] *autem aliquid*[95] *huiusmodi*[96] *accidere*[97] *non potest. Et ideo sola*[98] *est incommutabilis substantia vel essentia*[69], *qui Deus est, cui profecto*[99] *ipsum*[100] *esse, unde essentia*[69] (36) *nominata*[101] *est, maxime*[102] *ac verissime*[103] *competit.*[104] *Quod enim mutatur*[105], *non servat ipsum*[100] *esse et quod mutari*[106] *potest, etiam si non mutetur*[107], *potest, quod fuerat*[108], *non esse* (37) *ac per hoc illud solum*[109], *quod non tantum*[110] *non mutatur*[105], *verum*[111] *etiam mutari*[106] *omnino non potest, sine* scrupulo *occurrit, quod verissime*[103] *dicatur*[112] *esse.*

18, G D tatem, *cf. B. 5, 30* grandis 19, distantie, e *caud.*, *cod.* 20, D (i) T tionem, *cf. B. 25, 40* distentus *et 11, 99* tionem: *sed ex notae pede* (T) *ad* tionem *appendicem etiam alterum T ascendere videtur.* 21, A L as 22, L orum 23, M tiones, *cf. B. 32, 21* movet; *nam vocis* motus *B. 32, 30 M littera aliam figuram habet.* 24, eiusmodi *ed. Ben.* est *om. ed. Ben.* 25, C te 26, I (s) orum, *supra lin. suppl.* 27, I V imus 28, (r) Na 29, (r) N o | in nostro *ed. Ben.* 30, S (p) N tiam, *cf. B. 36, 55* sapiens 31, K (a) P imus 32, Q am, *corr.* Q um, *ut videtur*, *cf. B. 9, 73* quantus 33, M L ore 34, D E emus 35, I L o 36, Q ere 37, L e 38, I (l) amus 39, D E um 40, in *om. ed. Ben.* 41, Q um, *cf. adn. 32* 42, Q L tate 43, B O um 44, Q tate, *cf. B. 9, 73* quantus 45, M (a) um 46, I (nd) entia, *cf. B. 43, 26a* indigens, *in cuius vocabuli nota etiam G littera conspicitur.* 47, C R torem, *cf. B. 28, 91* creat 48, P (rae) entem 49, C (ont) N entem, *cf. B. 25, 14* continet, C (ont) N, *cuius notae N littera illic ascendit, hic solum aequat.* 50, L o 51, T ore 52, V L a 53, S (u) i 54, (u) M tione, *cf. B. 53, 6* mutat 55, (u) M (l) lia, *cf. B. 53, 13* mutabilis, (u) M (l) is 56, F entem, *cf. B. 28, 44* facit 57, P entem, *cf. B. 44, 29* patitur: *nam vocis* patiens (44, 34) *nota aliter formata est.* 58, M o 59, O i | omni modo *ed. Ben.* 60, I V ire 61, P e 62, A L quid, *cf. B. 9, 58* aliquis, A L is *et supra adn. 21* 63, I L o | eo *ed. Ben.* 64, S N ire

65, *L. l. cap. 3* 66, tamen *ed. Ben.* 67, D B tione, *cf. B. 52, 48* dubius 68, A (d) L atur 69, E (s) entia, *cf. B. 7, 40* esse. *Non extat huius vocis nota in n. B. vel apud Koppium.* 70, gr usian *cod.* 71, V (x) ant 72, S P ere 73, D (i) ta, *cf. B. 21, 83* dicit 74, S P entia, *cf. B. 36, 55* sapiens, S (p) N. quod est dicta est sapientia sapere *cod.* 75, S (c) ire 76, S (c) entia: *deest in n. B. et apud Koppium.* 77, F M (l) o 78, S (u) o 79, M S i. *Deest haec vox in n. B. et apud Koppium.* 80, E: *deest punctum, cf. B. 7, 88.* 81, D (i) es | et dices *ed. Ben.* 82, F (i) is 83, *Cf. Kopp. II, 181* 84, *Cf. Kopp. II, 399* 85, A liae 86, D (i) untur 87, E (s) entiae, *cf. adn. 69* 88, S (a) S iae 89, K (a) P unt 90, Accidentias (A as) *cod.* Accidentia *Aug. Multo aliter se habet vocis* accidit *nota B. 34, 113. De A literae forma, qualis in hac nota conspicitur, cf. infra* accidere *adn. 97.* 91, F at 92, M (a) a, 93, quantacumque *ed. Ben.* (u) M tio, *cf. B. 53, 6* mutat 94, D E o 95, *Cf. adn. 62* 96, eiusmodi *ed. Ben.* 97, A ere, *cf. adn. 90. Alia est nota vocis* accidit *in n. B. 34, 113 et apud Koppium II, 9, 10.* 98, S L á 99, I (conu) M (l) is, *cf. B. 53, 14* commutabilis 99, P (ro) F to, *cf. 28, 53* proficit *et 14, 102* to. *Deest in n. B. et apud Koppium.* 100, I P um 101, (m) N ta, *cf. B. 36, 108* nominatim 102, (x) M e 103, V is si me 104, *Cf. Kopp. II, 79: sed illic syllabae* it *nota a dextero latere posita est, hic vero a laevo.* 105, (u) M atur 106, (u) M ari 107, (u) M etur 108, F (u) rat: *pro F litterae forma librarius primo I scripserat.* 109, S L um 110, T (an) um, *cf. B. 9, 85* tantus: *sed hic* um *syllaba cum ipso notae corpore coniuncta est.* 111, V um 112, D (i) atur.

Salviani de singulorum populorum natura atque indole dicta (nr. V) in mentem revocant, quae in codicis Bernensis nr. 48 fol. 1 a, col. 2 m. saec. XI simili de argumento scripta sunt:

D e v i t i i s g e n t i u m. Invidia Iudaeorum[1]. Perfidia Persarum. Stulfitia[2] Aegyptiorum. Fallacia[3] Graecorum[4]. Saevitia[5] Sarracenorum. Superbia Romanorum. Levitas Chaldaeorum[6]. Varietas Afrorum. Gula Gallorum. Vana gloria Langobardorum. Crudelitas Hunorum[7]. Inmunditia Suavorum. Nobilitas[8] Francorum. Stultitia[9] Sasonorum. Luxuria Normannorum[10]. Libido Scottorum. Vinolentia Spanorum. Duritia Pictorum. Ira Brittanorum. Spurcitia[11] Sclavorum.

D e b o n i s n a t u r i s g e n t i u m. Hebraeorum[12] prudentia. Persarum stabilitas. Aegyptiorum sollertia. Graecorum[13] sapientia. Romanorum gravitas. Chaldaeorum[14] sagacitas[15]. Afrorum ingenium. Gallorum firmitas. Francorum fortitudo. Saxonorum instantia. Vuasconorum agilitas. Scottorum fidelitas. Spanorum argutia. Brittanorum hospitalitas[16] T u l l i u s M a r c u s dixit: Graecus[17] ante causam. Francus in causa[18]. Romanus post causam. Francus gravis. Romanus levis. Afrus[19] versipellis.

1, iudeorum 2, stulticia 3, fallatia 4, grecorum 5, seuitia 6, chaldeorum 7, unorum (h suprascr.) 8, Ferocitas, *suprascr.* Nobilit 9, stulticia 10, normannorum *in ras.; quid olim scriptum fuerit, iam cognosci non potest, sed in altera eius tractatus parte, in qua de gentium virtutibus agitur, post Saxonos habes Vuasconos sublatis Normannis.* 11, spurticia 12, hebreorum 13, grecorum 14, chaldeorum 15, sagatitas 16, *Omissi sunt Sarraceni, Langobardi, Huni, Suavi, Normanni (cf. not. 10), Picti, Sclavi.* 17, grecus 18, causã 19, afros.

Quorum quae praemisso *Tullii Marci* nomine ultimo loco posita sunt, eorum et nomen et argumentum mire concinit cum disticho aliquo, quod Anthol. Lat. tom. II nr. 901 ed. Ries. hunc in modum legitur:

MARCI TULLII

Callidus Afer eris semper, Romane, disertus,
Semper, Galle, piger, semper, Hibere, celer.

Ubi id simul velim animadvertas, P. Pithoeum, qui hos versus primum edidit, iis non Marci Tullii, ut scribi par erat, sed Tullii Marci, qui est in cod. Bern. 48 loco eorum verborum ordo, nomina inscripsisse. Inde iure colligas, eundem utroque loco auctorem intellegendum esse. Itaque Pithoeus vel eius aequalium nescio quis certe neque nomen illud neque argumentum ipse commentus est, sed ex vetustiore fonte utrumque petivit. Sed cod. Bern. 48 verba ex eo carmine excerpta esse, ob id statui non potest, quia eorum, quae Tullii Marci nomen proxime secuntur quaeque ob id ipsum magis etiam, quam reliqua, ad illum auctorem pertinere dicenda sunt, nihil prorsus in illis versibus invenitur estque insuper eorum concinnitas ita comparata, ut a vincta oratione quam maxime abhorreat. Praeterea minus est veri simile, excerptorem simplici illi carminis voci, qua Afer *callidus* esse dicitur, reconditius atque rarius *versipellis* vocabulum substituturum fuisse. Denique quod in cod. Bern. 48 in Galli nomen Francus venit, non est qui enodes. E contra eiusmodi difficultates facile tolluntur, si cod. Bern. 48 vel similis libri excerpta carmini illi, de quo quaeritur, et argumentum in universum et nomen suppeditasse statuas ita, ut versuum auctor, sive Pithoeus ipse fuit sive ex eius amicis nescio quis vel alius scriptor certe illo aevo haud multo vetustior, singula ad suum arbitrium fingeret, Hiberi virtutem de suo adderet, Gallo in Franci locum substituto atque epitheto minus splendido addito Romanae antiquitatis imaginem reddere studeret. Ceterum inter Pithoeos eiusque temporis viros doctos atque Petrum Danielem Jacobumque Bongarsium, libri Bernensis olim possessores, creberrimum studiorum atque veterum

librorum viguisse commercium, satis constat, qua de re cf. Petri Danielis et Jacobi Bongarsii vitas in libro: „Zur Geschichte der Philologie und zur römischen Litteratur" descriptas.

Iam de ceteris eius codicis additamentis breviter disputandum. Atque earum adnotationum, quae ad ipsa Prisciani verba illustranda vel inter lineas scriptae vel marginibus additae sunt, gravissimas — nec sunt fere magni pretii — in Anecdotorum Helveticorum quae ad grammaticam Latinam spectant praef. p. CLXXVIII s. cum viris doctis communicavi. Quibus has etiam subiungam:

F. 40[b] ad Prisc. V, 23, gramm. Lat. II p. 156, 6: H: amphora ⌋ *amphora Italica modii VI, Gallica modii IIII.*

F. 42[a] ad Prisc. V, 32, gramm. Lat. II p. 161, 23 H.: glos ⌋ supra lineam: *soror mariti;* in margine: *quod de stipula factum est, viri soror a Graeco galaos vel garba* (verba *factum* — *Graeco* notis Tironianis scripta sunt).

F. 56[a] ad Prisc. VI, 25, gramm. Lat. II p. 216, 12 H.: abacus ⌋ *abacus est tabula picturae* (cod. — *e) apta, quae (e* caud.) *etiam vocatur pinax. Sed pinax proprie organi dicitur.*

F. 62[a] ad Prisc. VI, 64, gramm. Lat. II p. 249, 8 H.: glis ⌋ *glis gliris ratta, glis glisis incrementum et glis glitis carduus et glis glidis terra tenax.*

F. 81[a] ad Prisc. VII, 82, gramm. Lat. II p. 357, 6 H.: scapha ⌋ *catascopus navium speculatorium: scopos enim intendere dicitur, vel barcha alveum quo panis maceratur.*

F. 96[a] ad Prisc. VIII, 91, gramm. Lat. II p. 441, 24 H.: lacerna ⌋ *pallium fimbriatum, quod olim (holim* cod.) *milites (solimites* cod.) *utebantur, unde et in distinguenda castrensi urbanaque turba hos togatos, illos lacernatos vocabant.*

F. 105[b] ad. Prisc. X, 2, gramm. Lat. II p. 496, 3 H.: oletum ⌋ *stercus oletum. Unde est: Sacerdotula in sancto fecit oletum* (verba *est* et *in sancto fecit* notis Tironianis scripta sunt).

Deinde inter Prisciani l. XVII, 92, gramm. Lat. II p. 159, 10 verba: *omnibus casualibus id est nominibus pronominibus* etc. insertum est folium unum (f. 156), in cuius pagina priori leguntur haec m. saec. X:

Potio ad conceptum.[1] Omnia: mandragora unc.[2] I, austrum de Caseno unc. I, coagulum leporis[2a] unc. I, haec omnia mittis in mortario[3] et teris[4] fortiter, ut unum corpus efficiat.[5] Et exinde dabis bibere pensante dragma I cum vino.

Item quae libidinem extingunt[6], id est apium, petrosilino, olisaro, poras et pomas et ruta et satureia, melone, cucumeres et cucurbitas et omnes, qui frigidam virtutem habent: ista[7] omnia libidinem extingunt.

Potio ad libidinem extinguendum.[8] Ruta manipulos III, semen salicae[9] unc. III, ius de folia petrosili staupos IIII, vino vetus staup.[10] II, semen salicae[11] et ruta: teris in mortario fortiter et distempera cum ipso vino et colas diligenter et tunc mitte[12] ipso ius de petrosilino et miscula insimul et bibe per dies VIIII staupo[13] pleno: postea in ipso anno caret libido.

Ungentum ad haec.[14] Ruta manipulos III, folia salicae[15] manipulos III, petrosili manipulos III, scrinus manipulos III, id est maurella: teris in mortario et mitte in patella. Et mitte

---

1, POTIO AD CONCEPTUM 2, unc̃, *sic semper* 2 a, *Cf. Sexti philosophi de medicina cap. 2 p. 687 B. ed. Rasar.* 3, mortaro (ri *suprascr.*) 4, tetis 5, eficiat 6, Itemque LIBIDINEM. Extingunt 7, hista 8, POTIO AD LIBIDINEM. ExtinGUENDUM 9, salice, e *caud.* 10, sop̃ 11, salice 12, mitto: *fort.* mittito *leg.* 13, Sau po (i *suprascr.*) 14, UNGENTUADHEC 15, salice

oleum vetera libra I, cera unc. I et omnia insimul coques[16], bene et tunc colas: repone in buxo . . . . istud[17], ungentum extinguit libido.

Vinum et cerinsa multum potatum[18], libidinem movit.

Potio de costo et de luvestico libidinem movit.

Pulvera ad omnia venena resistenda, quae[19], ad cor deveniunt[20], id est zaduar unc. I, dictamno unc. I, torella unc. I: haec[21], omnia in pulvere redigis, et, quantum necessitas fuerit, exinde dabis bibere modicum aqua frigida.

Item alia pulvera[22], ad sanguinem stagnandum[23]: sartoculum unc. I, bolo unc. I.

16, quoques 17, in bux tum . . . . (*erasa verba*: libidinem mouit) ido istut 18, portatum 19, que 20, deueniũ 21, hec, e *caud.* 22, puluere 23, stancnandum.

Uberem formarum vulgarium segetem in his, quae modo attuli, conspicuam tollere nolui. Sequitur unius lineae spatio intermisso haec sententia: *Tria sunt, quae* (e caud.) *mentem stabilem faciunt: Vigiliae* (e caud.) *in mandatis Dei, meditatio scripturarum* (scr^i^pturarum) *et oratio.* Tum locus ex Gregorii Moral. VIII, 42, tom. I p. 262 A ed. Bened. excerptus de somnis: *G R̆. Sex modis tangitur animum Imagines somniorum* — cap. 43 in. *ex quo inpulsu veniant facilius non elucet,* additis his: *Sancti autem viri inter illusiones* (f. 156 b) *atque revelationes ipsas visionum* (m. I visiones) *voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut sciant vel quid a bono spiritu percipiant vel quid ab inlusore patiantur. Nam si erga haec* (hec) *mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatibus inmergit. Qui nunquam* (nonquam) *solet vera praedicere, ut ad extremum valeat animam ex una aliqua falsitate laqueare. Sicut cuidam nostro certum est contigisse. Qui dum somnia vehementer attenderet* (attendere), *ei per somnium longa spatia huius vitae* (uite, e caud.) *promissa sunt cumque multas pecunias pro longioris vitae* (uite, e caud.) *stipendiis collegisset* (colligisset), *ita repente defunctus est, ut intactus onnes relinqueret et ipse secum nihil ex bono opere portaret* — quae usque ad tertiam sequentis paginae (f. 156 b, partem porriguntur. Deinde habes sententiam Augustini de sobrietate: *AǦ DE SOBRIAETATE. Sobrietas cauta utilitas: primum salvat memoriam, acuit sensum, sincerat mentes, stringit vultum integro pudore, mitigat vitium, curat vitium, linit aures.* Cui subiunguntur tria concilii Carthaginiensis de clericorum officiis decreta: *KART̃ CONCILIO. Clericum scurrilem* (cod. scurilem) *et verbis turpibus iocularem ab officio retrahendum. KAR̆. Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum. IN EODEM. Si persteterit in vitio* (cod. uicio) *excommunicandum.* Denique interposito unius lineae spatio alia manus non ita multo recentior haec lusit:

Potio ad apostomam.[1] Apii rad.[2] manipul.[3] I, feniculi, uvis malvae[4], matris herbarum[5], de unaquaque rad.[6] manipul. I, vetonicae, neptae, senecionis, centaureae, rutae, marubii, ex unaquaque manipul. I, ex vino sextaria III, ex butyro staupos III, ex melle staup.[7] II: mitte simul omnia in olla rude[8] et coque[9] usque ad unum sextarium et per linteum[10] bene extorque et, cum refrigeraverit, adde piperis grana trecenta et ex hac[11] potione bibe omni mane staupum I, post caenam similiter I, semper calidam.

1, apo^s^tomam 2, rd̃ 3, mp^a^l̃, *sic semper* 4, malue, e *caud., quae ubique in primae declin. terminatione pro ae diphthongo scripta est.* 5, haerbarum 6, rad̃, *sic in sequentibus semper.* 7, stp̃ 8, rudae, 9, quoque 10, lyteum 11, ac

Contra febres.[12], Plantaginam, vervenam, millefolium, febrefugam, solsequiam, salviam, rutam.

Ad ficum. Vervenam, plantaginam, tanacetam salvaticam, rumici fol., reomaticam. Item pulvis: elnam unc.[13], VI, feniculum III, petresilium III, piper II; misce omnia simul et cum vino bibe mane et vespere.

12, febr^e^is 13, unc̃

Porro f. 170[b] inter Prisciani verba l. XVIII, 31, gramm. Lat. III p. 222, 9 H.: *cassa fraude parat* et *orbus prole* etc. (f. 171) excepta linea prima reliqua pagina olim vacua relicta fuerat: quam manus posterior, sed et ipsa saec. X, ita explevit dimidiam, ut tribus lineis atque quartae initio scriptura Tironiana de epactis ageretur atque locus e Gregorio transsumptus subiceretur, tum sequeretur de vana gloria sententia:

Ad vitandam temptationem vanae gloriae melior est discentis conditio quam docentis: tutius enim auditur veritas, quam praedicatur, quoniam, cum doctrina recipitur, humilitas custoditur, cum autem disputatio placet, vix est, ut disserentem non pulset quantulumcumque iactantia. Nam sicut vermis in ligno molliora quaeque sectatur et ipse terebrat atque consumit, ita tristitia molliores quasque animas et remissos mores invadit et obtinet.

Postremo legitur scriptura continua illud de Christi cognominibus carmen, quod praemisso titulo: „Silvii versus de cognomentis salvatoris“ in codice Turicensi nr. 78, olim 451 f. 157 scriptum Al. Rieseus proposuit anthol. Lat. tom. II nr. 689[a]. Idem Iohannes Huemerus nuper invenit in cod. Sangall. nr. 878 s. XI (Wiener Studien II a. 1880 p. 72) aeque ac nostro in codice titulo carens, sed quattuor versibus auctum, qui hunc in modum carmen praecedunt:

Omnipotens, vis trina, deus, pater optime rerum,
Quo generante satus sine tempore, semine, m̂atre,
Ortus sine loco vel membris, post caro natus,
Permittens cerni, multo quoque nomine dictus.

Carmen ipsum hoc est:

Spes ratio via vita salus sapientia mens mons
Iudex porta gigas rex gemma propheta sacerdos
Messias sabaoth rabbi sponsus mediator
Virga columba manus petra filius emmanuel lux
Vinea pastor ovis pax radix vitis oliva
Fons haedus panis agnus vitulus leo Iesus
Verbum homo rete lapis dominus deus omnia Christus.

Tur. nr. 78 = T, *Sangall. nr. 678* = G, *Bern. nr. 109* = B.

v. 1 Ratio spes B mens mons GB XP̃C T lumen *Mignius coll. patr. XIII p. 378, qui Damaso hoc carmen tribuit* 2 Index G gigans TG 3 Mesias T sabaoht B 4 columna B, *Mignius* emmanuhel TG lux *om.* T emmanuelque *Mignius* 5 pax radix pax radix B 6 hedus GB *om.* T paries *Mignius* Iesus | ih̃s GB propitiator *Mignius* 7 domus omnia XP̃C T domus omnia Christus Iesus *Mignius*.

Vides fere ubique codicis Sangallensis lectiones cum Bernensis scriptura congruentes. *) Adiuncta est in cod. Bernensi haec interpretatio scriptura continua:

Dextera quod protegat. Lucerna quod luceat. Stella quod fulgeat. Via (v. 1) quod ducat ad vitam et per ipsum sit accessus ad patrem. Mons (v. 1) quod erigat. Veritas quod ostendat. Panis (v. 6) potusque, quod saciet. Retis (v. 7) quod capiat. Ianua quod admittat. Virga (v. 4) quod corrigat. Gigas (v. 2) quod virtute praemineat. Gemma (v. 2) redemptio. Petra (v. 4) quod auctor sit firmitatis. Lapis (v. 7) angularis quod vetus novumque contineat. Pastor (v. 5) quia custos errantium sit. Pax (v. 5) quia fecit utraque unum. Sapientia (v. 1) quod imbuat. Leo (v. 6) de honore dominandi. Aquila pro celsitudine potestatis. Homo (v. 7) quia propter nos idem fieri dignatus est. Iudex (v. 2) cunctorum scilicet arbiter adfuturus. Agnus (v. 6) ab innocentia. Columba (v. 4) quod mitis est.

Haec igitur interpretatio, qua ordine carminis non servato cognomina illa explicantur, ut non ad omnia pertinet, ita nonnulla tanguntur, quae in ipso carmine non commemorantur. Non dico, quod Christus non solum panis, verum etiam potus dicitur: nam hoc ad fontem v. 6 positum spectare potest. Ianuae quoque cognomen ad v. 2 vocem „porta“ pertinere dicatur. Sed dexterae, lucernae, stellae, veritatis, aquilae cognomina quo referantur, non est. Quae olim interpositis additisque aliis epithetis eius carminis partem nunc deperditam effecisse coniceres, nisi duo ultima metro refragarentur. Ceterum ea interpretatione v. 2 codicum Tur. et Bern. scriptura *iudex* confirmatur nec non v. 4 *virga*; contra v. 4 cod. Bern. lectio *columna*, quam Mignius quoque exhibuit, ultima glossa reicitur.

Restat f. 191, quod est codicis ultimum, in quo quae inde a media pagina f. 191ᵃ addita sunt putredine fere evanida, variam diversissimarum rerum farraginem exhibent, hic illic notis Tironianis interpositis. Sed folii pars inferior resecta est et ea, quae in altera folii pagina olim scripta fuerant, praeter aliquot lineas penitus erasa sunt. Quae qualis farinae sint, ex his cognoscas, quae in initio leguntur:

Acrostichis. Delestichis. ΕΡωΒΑΤω ΚΑΙ ΠΕΡΙΦΡΟΝΟ (ω) ΤΟΝ ΗΛΙΟΝ (Telestichis. *Ἀέροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον*, cf. Arist. Nub. v. 225) *quod est latine: Scando per aerem et plus me novi esse quam solem. Contra tres nobis cotidie pugnandum est inimicos: contra diabolum, contra seculum, contra carnem. Ridiculum est in vanitate laudem querere. Limax in suo conclavi cornipeta sibi esse videtur. Argumentum est velox approbatio rerum incertarum. Apoplexis subita sanguinis effusio. Acerra turibulum. Clasma inrisio. Catax dehoalzo. Labara vexilla. Lodix genus vestimenti* etc.

Sunt maximam partem singulorum verborum interpretamenta, quibus aliquot Augustini excerpta aliaque ecclesiastica subiunguntur haud paucis admixtis notis Tironianis, quas paene evanidas extricare per oculos non licet.


---

*) Idem carmen in Parisino quoque codice nr. 9347 s. IX extat Duemmlero auctore (die handschriftliche Ueberlieferung der Karoling. Dicht. p. 120), cf. Huemer. l. l.

Cod. Bern. No. 109 saec. X Fol. 136a. Tab. I.

Photolithogr. F. Lips, Bern.

[illegible]
[illegible] adduci [illegible] ledat [illegible]
[illegible] & obsit alicui [illegible] pdest hi volsit hi [illegible] disit [illegible]
libidine qmeruitur [illegible] loquor [illegible]
obest & pdest alicui [illegible] quesitum [illegible]
[illegible] penitendi adite intercludat [illegible] pdest [illegible]
[illegible] tueat [illegible] quispiam [illegible] pdest
[illegible] mag scelus [illegible] mentienti [illegible] nulli
[illegible] csulendu [illegible]
[illegible]
utiq; turpe [illegible] testimonii [illegible] temporal comodo [illegible]
[illegible] opitulante [illegible] comoditas [illegible]
[illegible] memorior [illegible]
[illegible] pudicitia [illegible] simum manus [illegible]
[illegible] emergit [illegible] aliqta [illegible]
arbitrent [illegible]. Dicta marci medici [illegible] inte cetera [illegible]; Merita solstitium hiemale [illegible]
[illegible] flegmatis frigidu & humidu
[illegible] censuer; & contra prasinu estiuali solstitio [illegible] austro [illegible] rufi fellis [illegible]
[illegible]; Iram aute [illegible] russeu & ueneta [illegible] equnoc posuer. russeu primi ueris equnoc [illegible]
[illegible] euro [illegible]; & contra uenetu autumni eqnoc
[illegible] choro circiq; [illegible] atri fellis [illegible] frigida [illegible] solsti
[illegible] emerserit [illegible] principatu [illegible] eqnoc [illegible] dic [illegible]
[illegible]; Octauianus. Cum e tenebris secludere [illegible] mucu
nebula [illegible] murmura [illegible] ammittere; [illegible] locem.
[illegible] fatis subripuisse [illegible]; Aurelius aug. in libro v. [illegible]
[illegible] Si aute [illegible] utru [illegible]
[illegible] partiu [illegible] luminaria [illegible] nitores [illegible] partiu distantie molis [illegible] int ualla [illegible]
[illegible] capaces [illegible]
[illegible]
[illegible] habere [illegible] totu [illegible]
[illegible]
[illegible] usiam [illegible]
[illegible] efferat [illegible]
[illegible] quantula
cuiq; [illegible]
[illegible]
[illegible] scrupulo [illegible]


3 0112 115882141